Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sanctus. Et habitabunt in eo iudas
et omnes ciuitates eius. simul
agricole et iumentorum greges quia in
ebriam omnem animam lassam. et
omnem animam esurientem satu
rauj. Ideo quasi de somno suscitatus
sum et iudi et somnus meus dulcis
mihi erat. Ecce dies ueniunt dicit
dominus et suscitabo domum israel et
domum iuda semine hominum et
semine iumentorum. Et sicut uigi
laui super eos ut euellerem eos et de
molirer et dissiparem et disperderem et
affligerem. sic uigilabo super eos ut
edificem et plantem ait dominus. In
diebus illis non dicent ultra. Patres
nostri comederunt uuam acerbam
et dentes filiorum obstupuerunt. sed
unusquisque in iniquitate sua mori
etur. Omnis homo qui comederit
uuam acerbam obstupescent dentes
eius. Ecce dies ueniunt dicit dns
et feriam domui israel et domui iuda fe
dus nouum non secundum pactum quod
pepigi cum patribus uestris in die
qua apprehendi manum eorum ut
educerem eos de terra egypti pactum
quod irritum fecerunt et ego domi
natus sum eorum dicit dominus
Sed hoc erit pactum quod feriam
cum domo israel post dies illos dicit
dominus. Dabo legem meam in
uisceribus eorum et in corde eorum
scribam eam et ero eis in dominum
deum et ipsi erunt mihi in populum
et non docebit uir ultra proximum su
um et uir fratrem suum dicens. Cog
noscite dominum. Omnes enim cog
noscent me a minimo usque ad maxi
mum eorum ait dominus. Quia
propitiabor iniquitatibus eorum et pec
catorum eorum non memorabor amplius
Hec dicit dominus qui dat
solem in lumine diei. ordinem lune
et stellarum in lumine noctis. qui tur
bat mare et sonant fluctus eius do
minus exercituum nomen eius. Si de
fecerint leges iste coram me dicit
dominus. tunc et semen israel defiecet
ut non sit gens coram me dicit do
minus cunctis diebus. Hec dicit
dominus. Si mensurari potuerit
celi desursum et inuestigari funda
menta terre deorsum et ego abiicam
omne semen israel. propter omnia
que fecerunt dicit dominus. Ecce
dies ueniunt dicit dominus et edi
ficabitur ciuitas domino a turre a
nanechel usque ad portam anguli et
egredietur ultra normam mensure in
conspectu eius super collem gareb et
circuibit goatha. omnem uallem
cadauerum et cineris et uniuersam
regionem mortis usque ad torrentem
cedron et usque ad angulum porte
equorum orientalis sanctum domini
non euellentur et non destruetur ulti
ra in perpetuum. XXXII

Verbum quod factum est ad
hieremiam a domino anno
decimo sedechie regis iuda
Ipse est annus octauus decimus
nabuchodonosor. Tunc exercitus
regis babilonis obsidebat hierusa
lem et hieremias propheta erat clausus
in atrio carceris qui erat in domo